



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1431. usque ad annum 1441

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118316**

§. 102. Armeni ab Eugenio Ecclesiæ Romanæ uniri postulantes.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66426](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66426)

Joannem de Turrecremata Hispanum Or- Sæcul. XV.  
 dinis Prædicatorum, & sacri Palatii Ma- A. C. 1239.  
 gistrum, qui Eugenii partes, atque au-  
 thoritatem egregie tuebatur.

§. CII.

*Res Armenorum cum Eugenio Papa.*

Constantini Armenorum Patriarchæ O- Conc. gener  
 ratores, quos in mense Septembri part. 3. Conc  
 ante Græcorum discessum Florentiam ad- Florent. pag.  
 ventasse, jam alibi memoravimus, non 1198. to. 13.  
 nisi mense Novembri Eugenio summo  
 Pontifici suas publicæ fidei ac mandati  
 literas offerebant. Dabantur illæ die vi-  
 gesima quinta Julii anno Domini millesi-  
 mo quadringentesimo trigesimo octavo.  
 & habentur Synodi actis insertæ. Hac  
 Legatione Viros numero quatuor functos  
 esse constat, quos inter solus Joachimus  
 Episcopali dignitate fulsisse refertur, cete-  
 rorum trium nomina erant Sarchis, Mar-  
 cus, & Thomas. Eugenius postquam Sy-  
 nodum Oecumenicam celebrandam eo-  
 rum Patriarchæ significabat, eosdem ad  
 unionem cum Romana Ecclesia adhorta-  
 tus est, quam ob rem Patriarcha præ-  
 fatos Doctores ad eam ablegavit, qui cum  
 advenissent, Eugenius tres Cardinales, sci-  
 licet Ostiensem, S. Crucis, & S. Sabinæ, qui  
 idem est ac Cardinalis Julianus, delegit,  
 ut cum Armenis de rebus fidei dissi-  
 dent.

Sæcul. XV.  
A. C. 1439.

rent. Hi pluribus propositis quæstionibus inquirebant de eorum fide, præcipue circa unitatem essentiaë, Trinitatem Personarum, Humanitatem Christi Dominus septem Ecclesiæ Sacramenta, aliosque articulos, qui fidem orthodoxam & universalis Ecclesiæ ritus concernunt. Post multas disceptationes, & post accuratissimam rerum cum Armenis discussionem visum fuit summo Pontifici sub quodam brevi compendio, ut ipsemet loquitur, orthodoxæ fidei veritatem, quam Romana profitetur Ecclesia, illis tradere, *ne in futurum de fidei veritate apud ipsos Armenos hæsitatio esse valeat, atque idem per omnia sapiant cum Sede Apostolica, unquam ipsa stabilis, & perpetua sine ullo scrupulo perseveret.*

## §. CIII.

*Sessio II Florentinæ Synodi post discessum Græcorum.*

*Labbe Conc. tom. 13. p. 1580. in actis Patric.* Græcis jamjam in Patriam digressis, die vigesima secunda Novembris habitata est Florentinæ sessio secunda, cui intererant summus Pontifex Eugenius, ceterique omnes Cardinales, atque Prælati adhuc dum in urbe commorantes; non pauci enim post Græcorum discessum alio profecti sunt. In hac ergo Sessione publicatum est Decretum de Armenorum